

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**  
**Dilingæ, 1685**

34. De transitu B. Virginis è vita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

per profectibus intenta fuit, quotidie mutans  
fortitudinem, novasque pennas assumens, & ex-  
**Cant. 7.1.** ultans ad currendam viam. *Quam pulchri sunt*  
**Cant. 6.** *gressus tui, filia Principis!* progrederis quasi au-  
**9.** *rora consurgens usque ad perfectam diem.*

## MEDITATIO XXXIV.

*Transitus B. Virginis à vita mor-  
tali, &c.*

## PUNCTUM PRIMUM.

**Ardens** **P**réparatio per ardentia desideria videndi  
**desideri-** Deum: Nam, cùm semper arsit post Ascen-  
**um vi-** sionem Filij, tum maximè postremis annis, cùm  
**dendi** appropinquabat tempus: nec id rædio laborum,  
**Deum.** sed puro amore Dilecti. Et quia versata erat in  
sacris litteris, inde seipsum magis accendebat.  
**Pf. 19. 5.** Modo sibi ipsi loquens, dicebat: *Hec mihi, quia*  
*incolatus meus prolongatus est!* Nunc verò:  
**Pf. 41. 2.** *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes a-*  
**Pf. 141.** *quarum. Educ de custodia animam meam ad*  
**8.** *confitendum tibi.* Interdum Angelis ipsam vi-  
**Cant. 5.** sitantibus: *Nuntiate dilecto meo, quia amore*  
**8.** *langueo.* Nihilominus voluntatem tuam divi-  
**Phil. 1.** *næ subjiciebat: Desiderium habens dissolvi &*  
**23.** *esse cum Christo:* parata tamen permanere in  
carne, si propter alios esset necessarium; quod  
& Paulus sentiebat, & Martinus: sed ubi ap-  
propinquare diem sensit, tum verò se totam in  
affectus effundens, dicebat: *Fulcite me flori-  
bus*

*bus, stipe me malis, quia amore langueo. Nunc Novus  
prodeant flores fragrantissimi internorum af- fervor  
fectorum, & mala pulcherrima bonorum ope- ante  
rum, quibus deficiens præ amore anima refi- mortem  
ciatur. Pudeat me illius summi boni non tan- Cant.  
gi desiderio, atque ad illud non anhelare.*

PUNCTUM II.

**Q**uod debuerit mori: nam etsi ab originali Cur mo-  
labe fuerat præservata, non ideo à debito ri dehuit  
moriendi. Etenim statutum est hominibus se- Heb. 9.  
mel mori; & Filius ejus mortuus est, supra quem 27.  
non convinciebat illam esse. Et experiri ac vin-  
cere debuit ad majus meritum illam mortis dif- 2. Cor.  
ficultatem, eo quod nolumus spoliari, sed super- 5. 4.  
vestiri: atque in ea etiam re exemplum no-  
bis relinquere, quo fidentius eam interpellare-  
mus. *Maria, mater gratiæ, mater misericordiæ,  
tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.*  
Fuit proculdubio denuntiata ipsi hora dormi- Mortis  
tionis, & quidem per Gabrielem Archange- hora ei  
lum, qui secundò eam salutaverit: *Ave Maria denun-  
gratia plena, Dominus tecum, simulque expo- tiata.*  
suerit, quanto ejus desiderio tenerentur omnes ps. 121.1  
cœlites. Quis valeat concipere, quanto fuerit  
gaudio perfusa? *Lætata sum in his quæ dicta  
sunt mihi in domum Domini ibimus.* Et sub-  
misit se divinæ dispositioni: *Ecce ancilla Do-  
mini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

Ad hæc voluit Christus, ut Matris discessui Aposto-  
Apostoli interessent, ad illius honorem, & ipso- lorum |  
rum præ- sentia.

rum solatum, quos solata est, & benedictione sua impertijt, precata Deum pro illis : conve- nerunt autem sub id tempus, Deo mirabiliter eos transferente.

## PUNCTUM III.

**C**hristus Xpiranti adfuit Filius cum multo Angelo-  
moritu-  
**ræ ap-**  
**paret.**  
**Cant. 2.**  
**10.**  
**Gaudiū**  
**B. Virg.**  
**viso Fi-**  
**lio.**

**Mors**  
**eius pre-**  
**tiosa.**

**1.**  
**2.**  
**Luc. 2.**  
**35.**

**Sap. 3.** 1.  
**3.**  
**Apoc.**  
**13.**

**E**xpiranti adfuit Filius cum multo Angelo-  
rum comitatu, invitans ad migrandum si-  
milibus verbis : *Surge, propera amica mea, for-  
mosa mea. Et veni. Nam hyems transiit, imber  
abijt, Et recessit. Veni de Libano, ab excelsa cul-  
mine perfectionis quam tenuisti. Veni, corona-  
beris.* Ad Filij conspectum supra quam cogi-  
tari potest, exhilarata, & memor horæ qua Fi-  
lium viderat exspirantem, Fili, inquit, *in manus  
tuas commendō spiritum meum.* O verè pretio-  
sa mors in conspectu Domini ! 1. Quia non  
morbus, aut ægritudo, sed amoris vis animam  
eduxit è corpore, deficientibus viribus. 2. Quia  
sine doloris sensu separata est anima, ita Chri-  
sto providente, pro doloribus acerbissimis quos  
in ipsius morte apud crucem sustinuerat, quan-  
do eius animam pertransivit gladius. Sed & gau-  
dium ex præsentia Filij, & ex amoris magnitu-  
dine, ademerat omnem ex disjunctione animæ  
à corpore doloris sensum. Ut in eam præcipue  
illud conveniat: *Iustorum animæ in manu Dei  
sunt, Et non tanget eos tormentum mortis.* 3. Quia,  
si beati mortui, qui in Domino moriuntur, quod  
opera illorum sequuntur illos : quam beatafue-  
rit mors Virginis, quam tot tantaque comita-  
ban-

bantur merita? Verè Virgo prudentissima, *Luc. 13.*  
quam Dominus vigilantem invenit, & affluen- 45.  
tem oleo. Moriatur anima mea morte justo- *Num.*  
rum; & fiant novissima mea hujus similia. *23. 10.*

PUNCTUM IV.

**F**Unus ejus gloriosissimum fuit. Elata est, *Funus S.*  
**T**um Apostolis, alijsque discipulis deducen- *Virginis*  
tibus, hymnōsque divinitus inspiratos in eam *defertur*  
concentibus, tum Angelorum choris eandem *comi-*  
celebrantibus. Patrata sunt ad ejus sepulchrum *tantibus*  
miracula, & Apostoli mira suavitate cœlitus per- *Angelis.*  
fusi de gloria suæ Magistræ, & quod eam nacti  
essent advocatam apud Filium.

MEDITATIO XXXV.

Glorificatio animæ B. Virginis.

PUNCTUM PRIMUM.

**I**ntroductio animæ in cœlum empyreum. Id  
quamvis momento peractum est, licet per Ample-  
partes contemplari. i. Exeunte animam Chri- *xus Ma-*  
stus complexu suo excepit, & qui hactenus eam *tris &*  
leva sub capite ejus quasi sustentaverat, nunc *Filij.*  
plexatur dextera: hoc est, quam soverat con- *Cant. 23*  
templatione operum mirabilium Dei (præse- *6.*  
tim in assumpta carne) nunc complet clara sui *c. 8. 3.*  
visione. Tunc dixit B. Mater: *Inveni quem di-* *Cant.*  
*ligit anima mea, tenui eum, nec dimicem.* *3. 4.*

Tom. II.

S

2. Effusi